

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Promptuarium allegoriarum sacrarum praincipia fidei  
christianae capita illustrantium: indice quadruplici  
instructum post editiones 5 revisum, iam septimo  
recusum**

**Botsack, Johann**

**Francofurti ad Moenum, 1678**

Lectori benevolo

[urn:nbn:de:bsz:31-142795](#)



LECTORI  
BENEVOLO  
Gratiam & Pacem  
à Deo Precatur.

Vm nemo sibi soli nascatur, sed  
in primis D E O , & proximo , ut illum  
quidem colat , huic verò subministret ,  
que non fucat ampietatem , que cultum  
 sincerum honestatemq; firmant , exornant , siquidem  
propter se met ipsum Deus fecit omnia , cui & placuit ,  
ad hominum adificationem , & salutem , mutui co-  
rundem operis uti : Certè , hos unicè creatoris inten-  
tionem debita reverentia spectare arbitror , quitem-  
pus suum ejusmodi laboribus impendunt , quos gloriae  
Altissimi amplificandæ , proximo ad pietatis & hone-  
statis culturam excitando inservituros confidunt ,  
quantumvis sua intelligent ad fæderis tabernacula-  
lum , Deo colendo sacrum , minimè aurum conferre ,  
aut lapides pretiosos ; modo possint implere vicem  
pelli-

P RÆFATIÖ.

pellum arietum, pilorum caprarum, vel rei cuius-  
cunq; operit tanto profutura.

Et si verò idem faciant, qui officio intenti, ubi  
partibus illius debitâ fide fuerint defuncti, cetera  
quiescant, ac hene latendo bene vivere capiant; atta-  
men publico etiam totius Ecclesiae bono consultum,  
cupientes majorem laudem merentur, dum horas  
quog; vacuas non sibi, sed aliis in commodum cedere  
laborant.

Non equidem exiguis hodie est scripturientium  
numerus, ut cum Salomone conquerendist causa: fa-  
ciendi plures libros, nullus est finis: corundem  
verò magnus delectus: plerique sapientiae vana opi-  
nione turgidi suam venantur gloriolam, & nomi-  
nis immortalitatem: Alios cacum ducit scribendo  
cacoëthes, qui modo Typographiarum operas fati-  
gent, vix aliud inde consequuntur, quam ut genio  
satisfaciant: Ceteris volupe est, agrè facere pro-  
ximo, & mutuas inter fratres discordias ferere:  
Hi nil quicquam sibi temperant, neque labori par-  
cunt ulli, modo, quem oderunt opprimant, multum  
ad contentionem, nihil, aut parum ad edificatio-  
nem proficientes; pauci respiciunt Dei gloriam, &  
emolumentum proximi. Adeò nostris temporibus  
Diogene foret opus, qui accensâ lucernâ in ipso me-  
ridie, scriptores Ecclesiasticos quereret: Nolo in ho-  
rum omnium sive laudes, sive vituperia digredi,  
neque ullam in hoc deplorato Ecclesiæ statu querelas  
move-

m  
sed  
illum  
stret,  
ultum  
uidem  
lacuit,  
tuico-  
inten-  
item-  
gloria  
hone-  
dunt,  
rnacu-  
ferre,  
vicem  
pelli-

## PRÆFAT1O.

moveare, hoc dico unicum, optandum cum Moſe : utinam omnis populus prophetet ! optandum cum Paulo : utinam excidantur qui vos perturbant ! ideo, ut nullius in Ecclesia contentiones excitantis perversum studium approbandum est, quacunque etiam pingatur specie ; ita nullius contus improbandi, modo respondeant scopo Theologico, quem Apostolus expressit geminum, requirens Ecclesia ministrum potentem ad exhortandum in doctrina sana, & arguendum contradicentes, ne à sincera & puriore Theologia videantur a iensi, qui siue ἐλεγχούσιε ἐπανόρθωσιν, καὶ διδασκαλίαν sibi praefigunt.

Igitur minimè exiguum meretur commendationem Vir Juvenis egregiè doctus, atque sincere pius, Dn. M. IOHANNES BOTSAČCVS, Hervordia VVestphalus, qui postquam assidua studiorum Philosophicorum, Linguarum, ac S. Theologie cultura ingenium suum probè exornasset, vel maximè studet prodesse proximo, præcipue, servire D E O, à quo omne perfectum donum omnis inarbitrari ad docendum Ecclesiam hoc agens, ut talentum divinitus sibi concreditum Domino suo non absque favore ampio, restituat : Idcirco in hoc seculo, prob nimium iugis inq, sed que omnia Martis potius, quam S. Spiritus gladio aguntur, plus ferreis armis, quam spiritualibus: vereque Christianis: sepotitis ad tempus controversiarum pugnis, animam ad

P RÆFATI O.

ad homilitica applicuit, nihil dubitans, si ad laudissima Christi, Prophetarum, & Apostolorum exempla, morem sanctorum Patrum celebratissimum, & Ecclesie adificanda longè utilissimum secutus, denique Theandri Lutheri vestigia premens, allegorias textui sacro commodas, & homilis Ecclesiasticis amplificandis, exornandis, cunctis etiam sub typo earum auditorio perspicue magis ob oculos sistendis conductentes, è sanctorum Patrum monumentis, recentiorum meditationibus utilibus, propria denique industria è sacris literis haustas colligeret, dispersas ordinatè disponeret, denique Spiritus Sanct. oraculis illustraret, (probè attendens, deducere Theologum quicquam loqui præter scripturam) operam non inutiliter fore collocatam. Quod non citra assiduum laborem est consecutus, S. Theologia studiosis unico libello exhibens, qua illi multo tempore, & labore molesto vix comportare valeant; quod ipsos non absque gratitudine animi, & propenso studio erga autorem, agnituros spero, simulque hortor, hunc sibi librum probè commendatum habeant, Ecclesiam docturi allegorias, sancto illorum exemplo, qui unquam Ecclesiam docuere, adhibeant moderatè tamen, ut primas in omnibus litera verbi divini obtineat, allegoriarum colores jam confirmata pingant, & qualiter persuasit, muniri firmius animis hominum infigant: ita labor iste non erit inanis in Domino, multum profuturus docentibus & audientibus: quod ut fiat, Deum, variis figuris,

PRÆFATIO.

figuris, typis, emblematisbus, & allegoriis nos utilia  
docentem per filium suum, universalem humani ge-  
neris Doctorem, toto pectore precor!

Nicolaus Hunnius D.  
Ecclesiæ Lubecensis  
Superintendens.



In